

## UNITÀ 10

### VERSIONE 16

[Participio presente e perfetto]

#### La siccità tormenta l'esercito di Alessandro

Sottomesso l'impero persiano, Alessandro si diresse verso l'India: durante la lunga marcia di conquista, l'esercito dovette sopportare ogni genere di disagi, dal gelo pungente delle montagne all'intollerabile siccità del deserto della Sogdiana.

*Alexandri Magni exercitus omnia incommodorum genera pertulit: famem, frigus, calorem, lassitudinem, desperationem. Rex, cum in Sogdianorum deserta loca iniiit, nocturno itinere exercitum ducens, regionis asperitates non cognoscebat. Ubi (= «quando») illuxit, planities alto sabulo obruta metum militibus incussit: nulla arbor videbatur, in arida terra nullus fons apparebat. Cum sol omnia incendit, aquae penuria sitim accendit. Per trecenta (= «trecento») stadia ne modicus quidem<sup>1</sup> humor (= «luogo umido») erat, vapor solis aestivi, arenas incendens, etiam hominum corpora torrebat. Caligo deinde, immodico terrae fervore excitata, lucem tegit et planities vasto maris aequori similis erat. Nocturnum iter tolerabile erat, quia rore et matutino frigore corpora levabantur. Pauci, a peritis locorum admoniti, praeparaverant<sup>2</sup> aquam, quae paulisper sitim repressit, deinde rursus aquae desiderium vexabantur. Iam milites, desperatione capti, ab incepto desistere volebant, cum exercitus in loca culta pervenit et victu aquaque copiosa recreatus est.*

[1] Ne... quidem = «neppure». [2] Praeparo, as = «fare provvista di».

### VERSIONE 17

[Participio presente, perfetto e futuro; ablativo assoluto; perifrastica attiva]

#### L'onestà non conosce eccezioni

Un fedele discepolo di Pitagora, filosofo greco del VI secolo a.C., mostra come debba comportarsi chi ha fatto tesoro degli insegnamenti del maestro, assertore intransigente della più rigorosa onestà.

*Pythagorae discipulus a sutore calceolos emerat sed, nummos in sacco non habens, aes alienum fecerat<sup>1</sup>. Postridie ad sutoris tabernam adiit aes alienum soluturus<sup>2</sup>, sed ianua clausa erat. Diu ostium pulsavit sed sutor non respondit. Denique vicinus virum expectatione fatigatum et iam abiturum vidit, et de fenestra prominens exclamavit: «Amice, noli operam perdere<sup>3</sup>! Sutor enim heri nocte periit et hodie elatus est<sup>4</sup>». Tum philosophus, pecunia in sacco reposita, domum rediens laetus cogitabat: «Heri ad tabernam veni calceolos empturus, hodie soluturus eram, sed propter sutoris repentina mortem nunc habeo et calceolos et nummos: profecto (avv.) hominum fortuna caeca est!». Tamen intempesta nocte, e somno excitatus, indecoram laetitiam suam vituperabat, denique, conscientia (= «rimorso») excruciatu, mane ad tabernam rediit et ante ianuam exclamavit: «Mihi (= «per me») sutor vivit et iure (avv.) nummos suos flagitat!», deinde per claustrum laxum nummos in tabernam immisit. Humanam avaritiam culpam eius animam inquinata erat, sed pythagoricam sapientiam vitium vicerat.*

[1] Aes alienum facere = «fare un debito». [2] Aes alienum solvere = «pagare il debito». [3] Operam perdere = «perdere tempo». [4] Effero, fers, extuli, elatum, efferre = «portare alla sepoltura».